Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ad illud usque tempus plus
minus ducentis xxvi an
nis extitit. Huius igitur tem
poribus maxima cum vexatio ec
clesiis agitaretur preclara mi
litibus christi pro pietate certami
na mirum gerebantur qui pro
supplicio mortisque patientia
donabantur a deo immortalitatis
corona. In quibus et pater
Calistus natione et sacerdoci
dignitate papa romanus a bea
tissimo petro apostolorum principe
ordine sextus decimus dum si
xus staret in domo domini per
severando in mandatis eius et in
spatiosis atriis sancte caritatis
atque in noctibus ad vilitatum se
culi huius extollendo in sanctas
plagas bonorum operum manus
estuante in dispersione omnium
christi rabie sevientis lupi.
scilicet iam dicti imperatoris
alexandri. e septo ovilis do
minici. velut aries electus
ac dux gregis totus subito
ex iussu ipsius alexandri.
rapitur. carceri mancipatur.
fame diutina cruciatur. fusti
bus cottidie ceditur. ad ul
timum per fenestram domus preci
pitatur. et ligato ad collum
eius saxo in puteum demer
gitur. et in eum per rudera cu
mulatur. sicque a deo corona
martirii coronatur. Huius succes
sor extitit sanctus urbanus. eius
dem sancte romane sedis episcopus. qui
doctrina salutari multos ad
martirium provocans calicem quem
alius propinavit ipse quoque po
tavit. Ea igitur beata sicut di
ximus persecutione christianorum
sub alexandro imperatore cum
seva supra modum exardesceret
undique secus eos insectandi
intentio. orientalium quoque pro
vinciarum fines apprehenderet
in quarum partibus preses alexan
der preerat. qui sicut nomine
sic imperatori suo par erat fe
rocitate. Hic inter innu
merabiles quos variis cru
ciatibus et excogitatis affece
rat penarum mortibus. inclitam
matronam nobilem in lege do